



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Orationes Ante Et Post Missam Dicendæ

[S.l.], 1649

Forma intentionis ad Missam celebrandam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55282)

tuis mirabiliter. Quid mirum
 si totus ex te igniscerem, & in
 meipso deficerem, cum tu sis
 ignis semper ardens, & nun-
 quam deficiens; amor corda
 purificans, & intellectum il-
 luminans. Amen.

*Forma intentionis ad Missam
 celebrandam.*

AD laudem & gloriam san-
 ctissimæ Trinitatis, in me-
 moriam benedicti Salvatoris
 nostri Iesv Christi, Vitæ, Pas-
 sionis, Mortis, & Resurrectio-
 nis, ac in operum ac meritorū
 suorum, omniumque Sancto-
 rum vnionem; Ad laudem
 quoque & exultationem Bea-
 tissimæ semper Virginis eius
 Ma-

Matris M A R I A E, cœlestium
Angelorum, Sanctorum atque
Sanctarum, & signanter N. N.
& aliorum deuotorum meo-
rum; offero etiam cum ipso-
rum beatorum Spirituum lau-
dibus, Sanctorumque omniũ
precibus, & meritis, nunc, &
semper hoc, & omnia alia Sa-
crificia, Officia, Orationes, &
bona opera totius mundi pro
meis præsentibus & futuris â-
nimæ, & corporis necessitati-
bus, in auxilium & consola-
tionem meam, & in remissio-
nem omnium peccatorum
meorum, quorum veram con-
tritionem semper habeo, vel
habere intendo, conor & cu-
pio, omniumque viuorum &
defunctorum meorum pareo-

rum, fratrum, sororum, con-
sanguineorum, amicorum,
inimicorum, benefactorum,
in spiritualibus, & temporalibus,
superiorum, & subditorum,
ac illorum, quibus fui
grauamen, scandalum, & oc-
casio peccandi, pro omni gra-
du sanctæ Catholicæ Ecclesiæ,
ac illius conseruatione, aug-
mento, & exaltatione, Chri-
stianorum Principum vnione
& concordia, hæresum extir-
patione, Summi Pontificis sa-
lute, & animarum in Purgato-
rio existentium liberatione,
pro conseruatione, & augmē-
to omnium obseruantium Re-
ligionum, pro conuersione
omnium infidelium nationū,
pro mihi commissis, & com-
men-

ante Missam.

mendatis: Denique pro illis omnibus viuis, atque defunctis, pro quibus Dominus noster IESVS Christus, & eius Beatissima Mater, & Virgo MARIA sciunt, & volunt me debere orare, & sacrificare. Sic oro, obsecro, ac orare, obsecrare, consecrare, & sacrificare intendo, & propono, ac iuxta intentionem Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, & meorum Superiorum, pro debito, voluntatem.

Ego N. Minister licet indignus. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Cum intentione lucrandi, & acquitendi omnes quascunq; possum indulgentias.

A 5

Græ.